



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.31. S. Ludgeri virtutes & obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

§. XXXI.

*S. Ludgeri Virtutes & Obitus.*Sæculum IX.  
A.C. 804.

Sanctus Ludgerus urgente zelo animarum etiam ad Fidem prædicandam Normannis, id est, Danis aliisque Septentrionis populis abiisset, nisi eum Caroli Regis mandata retinuissent. Vir Sanctus hos populos Francorum Regni partem devastatos tali tempore, quo nec dum timebantur, vaticinatus est, & sorori suæ Heriburgæ prædixit, ipsam hæc mala spectaturam esse, se vero ea non visurum. In sacris Scripturis apprime eruditus singulis diebus mane Discipulos suos docebat. Ut ostentationis suspicionem removeret, vestes, quæ Dignitatem suam decebant, gerebat. Cucullum depositus, nullo voto ad Regulam Monasticam adstrictus; sed cilicium retinuit, quia sub vestibus latens a nomine notari poterat. Quibusdam temporibus carnes manducabat, semper sobrietatis studiosissimus. Ad alterius mensam invitatus, nullos nisi de rebus piis sermones afferebat, & post moram brevem recedebat. Pauperibus comis, superbis divitibus constans & severus.

S. Ludgerus promptè omnes redditus tam patrimonii quam Ecclesiæ suæ erogabat, nec aliquid ad ornandam novis ædificiis Ecclesiam vel pretiosa vasa comparanda

Sæculum IX. paranda reservabat. Hinc aliqui occasio-

A. C. 804.

nem prensarunt, eum apud Imperatorem

accusandi, quod sua dilapidaret. Im-

perator ad Regiam accersitum quadam

die tempore matutino per Cubicularium

ad se vocat. S. Episcopus preces suas

recitabat, dixitque Cubiculario, venti-

rum se, quamprimum preces absolvis-

set. Et diutius cunctatus ter jubente

Imperatore vocatus tandem comparuit.

Tum Imperatori id sibi objicienti respon-

dit: *Existimavi, Deum hominibus & ti-*

*bibi ipsi esse præferendum, quoniam bane*

*Doctrinam mihi suggestisti, cum Episco-*

*pus esse jussus sum.* Reposuit Imperator:

*Talem te esse video, qualem credebam;*

*exinde nullis contra te querelis aures da-*

*bo.* Tantam animi collectionem S. Lud-

gerus in recitando Officio Divino exi-

gebat, ut cum aliquando noctu in suo

cubiculo cum Clericis suis illud persol-

veret, & unus eorum ad focum compon-

endum & avertendum fumum se incli-

nasset, ipsi aliquot dierum pœnitentiam

injunxerit.

Extremo morbo laborans, pietatis opera, quibus adsueverat, non dimisit. Singulis ferme diebus sacris operabatur, & pridie, quam moreretur, in duabus Ecclesiis dixit ad populum. Obiit vero anno octingentesimo nono, vigesima sex-  
ta Martii, qua die Ecclesia ejus memo-

Annon. c.33.

Mart. 26.

Mart.

riam colit. Corpus in ipsius Ecclesia as- Sæculum IX.  
 servatum, usque dum Frater ejusdem A. C. 804.  
 Hildegrinus Episcopus Catalauni adve-  
 nisset, qui illud in Ludgeri Monasterio  
 Verdensi vigesima quinta Aprilis sepeli-  
 vit. S. Ludgerus in Sede Mimigerne-  
 fordensi Successorem habuit Gerfridum  
 Nepotem, cui successit Altfridus, vitæ  
 S. Ludgeri Scriptor, ex iis, quæ a Fratre  
 ipsius Episcopo Hildegrino, forore Heri-  
 burga Sanctimoniale, Nepote ejusdem  
 Gerfrido Episcopo, & quibusdam aliis,  
 didicerat.

### §. XXXII.

#### *Concilia Cloveshoæ.*

In Anglia Adelardus Cantuariensis sub *to. 7. Conc.*  
 idem tempus duo Concilia Provincia- p. 1153.  
 lia Cliffæ, quæ tunc Cleveshoa diceba-  
 tur, celebravit. Primum anno octin-  
 gentesimo actum creditur, Quenulfo  
 Rege præsente, ubi postquam Fidem ex-  
 aminassent, & cognovissent, esse can-  
 dem, quam a S. Gregorio accepissent, *to. 7. Conc.*  
 de usurpatione Bonorum Ecclesiastico- p. 1053.  
 rum tractarunt; quippe etiam quarum-  
 dam Ecclesiarum Tabulæ surreptæ fue-  
 runt. Tum Archiepiscopus etiam pa-  
 ctum aliquod permutationis cum qua-  
 dam Abbatissa initum, ratum haberí  
 voluit.

Alte-